

presentes litteras &c. *Se föregående N:o 1220.* Ideoque vtilitati dicti conuentus in dicto negotio prout iustum est, fauere desiderans, districte prohibeo, ne dictum breuiarium distrahatur vel alienetur, Sed quod illud simpliciter, vbiunque dictum fratrem thorum migrare vel mori contigerit, ad sepeditum siktunensem conuentum modis omnibus reuertatur, datum siktunie anno domini Millesimo. CCC°. secundo, secunda feria post agnetis proxima.

Sigillet skadadt.

1359.

1302 d. 5 Febr.

Calmar.

INGEBORG GUSTAFSDOTTERS testamentariska anordning till kloster och hospital, hvarigenom, ibland andra, Calmare kloster, erhöill, utom Malma och Knutsbro qvarn, som hon förut gifvit, äfven Norby i Nerike, för hennes grafplats och mässor.

A. 3. y.

In Nomine patris et filii et spiritus sancti Amen, Ego INGBURGIS GØSTAUI quondam FILIA corpore sana et incolumis ac per omnia mei compos, aduertens et considerans nichil certius morte et hora mortis incertius nichil esse, de salute anime mee sollicita, commutare temporalia cupiens in eterna, de bonis meis a deo mihi concessis, meum in hunc modum ordino testamentum, In primis, sororibus ordinis predicatorum Calmarnie quas affectu pre ceteris religiosis diligo speciali, apud quas mihi locum eligo sepulture, preter curiam in Mælmum et Molendinum in knutsbro, que de consensu dilecti Mariti mei domini benedicti pætærson ac karissimi filii mei haquini dicti læme, ipsis ad ecclesie sue fabricam prius dederam. Curiam meam Norby cum omnibus suis attinenciis in Nerichia sitam, confero in meorum ac Haquini filii mei prefati, remissionem delictorum, possidendam perpetuo iure pleno, vt de prouentibus eiusdem curie, sustentari valeant dictis sororibus Missas. ac diuina celebrantes, volens et ordinans per presens, quod si dictam curiam vnuquam a se quomodolibet alienare sorores voluerint, ipsam pro iusto precio, seu pro predijs equiualentibus, exhibeant memorato filio meo aut ipsius heredibus comparandam. Item ad subsidium terre sancte, pro redemptione crucis lego viginti Marcas argenti puri, Item Monachis alvatri et fratribus ibidem. vnam Marcam puri argenti Item fratribus ordinis predicatorum skeningie duas marchas argenti puri, Item fratribus eiusdem ordinis Calmarnie vnam Marcam puri argenti, Item cuilibet claustro cuiuscunque ordinis per regnum svecie ex ista parte maris constituto, vnam Marcam denar., Item singulis hospitalibus vnam Marcam denar. Item cuilibet ecclesie mee parrochiali vnam Marcam denar., et sacerdotibus plebanis
ibidem

ibidem cuilibet vnam Marcham denar., Ad solucionem vero predictorum omnium deputo prouentus omnes de bonis meis omnibus in verendia sitis prouenientes annuatim districtissime prohibens ne quis heredum meorum quidquam accipiat de prouentibus memoratis post obitum meum, antequam soluta fuerint omnia supradicta, Sed ne aliquibus hoc factum calumpniandi detur occasio, Dilectum maritum meum dominum benedictum pæterson Haquinum dictum læmæ filium meum karissimum, Dominum Magnum karlson, et dominum Thyrkillum dyaconem, exsecutores instituo huius testamenti, adiurans eosdem per aspersionem sanguinis Jhesu christi, et obnixius rogans vt hec omnia promoueant efficaciter et procurent, In huius igitur regj robor et testimonium vna cum proprio presens scriptum sigillis dominorum videlicet domini benedicti pæterson, domini Magni karlson, et domini Thurkilli dyaconi, necnon et Haquini dicti læmæ predictorum peto sigillari, Datum Calmarnie Anno domini M^oCCC^o.II^o. In die beate agathe virginis et Martyris.

Sigillen N:o 1, 2, 3 borta, N:o 4 och 5 oskadade.

1360.

1302 d. 12 Febr.

Zutphen.

Staden Zutphens skrifvelse till Konung Erik i Danmark, med klagomål öfver de olagligheter, som i Skanör och Falsterbo samt andra delar af hans rike begås emot köpmännen från de slaviska städerna, samt städerna i Grefskapet Geldern och Stiftet Utrecht.

L. c. 225*).

Glorioso viro ac Illustri principi, Domino Regi Dacie, Scabini et Consules Sutphanienses ad regia mandata quantum possunt seruicij et honoris.

Vestre gloriose dominacioni graui querimonia conqueri compellimur, quod mercatoribus Ciuitatum Slaue et mercatoribus communibus oppidorum nostre Comitie Gelrensis et dyoceseos Traiectensis intollerabiles iniurie et manifeste violencie in vestro regno cotidie inferantur. Ita quod in Scunure, walsterbode et alijs partibus regni vestri communes mercatores omnibus iuribus et libertatibus suis sunt quodammodo spoliati, et iurisdictionem, quam ab antiquo a vestris antecessoribus consueuerant, nunc non permittuntur exercere, et Aduocati seu Justiciarij Regni vestri accipiunt a mercatoribus cum violencia id, quod volunt. Vobis ignoranter siue scienter insuper, si alique naues sub regno uestro naufragium patiuntur, dicunt uestri Aduocati siue Iusticiarij, quod omnia bona naufraga ad eos pertineant pleno iure.

Quare vestram gloriosam dominacionem precibus deuotis deprecamur, quatenus dei amore nostrique seruicij perpetui dictos mercatores Ciuitatum Slaue et mercatores oppidorum nostre Comitie Gelrensis et dyoceseos Tra-

*) Efter originalet i Lübeck.

Sv. Diplom. II.